UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Conclv: XXII. Quin/ nulla[m] remittit animab[us] i[n] purgatorio/ qua[m] i[n] hac vita debuissent soluere/ sed in Canones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

CONCLV: XXII.

Quin/ nullā remittit animab⁹ ī purgatorio/ quā ī hac vita debuiſſent ſoluere/ ſcd'm Canones.

¶ Hanc non latius aſſero q̄ octauā, ex qua fluit ceu Corollariū, q̄ Canones pn̄iales non tranſeāt in aliā vitā: Quia om̄is pena tpalis, mutatur in pœnā mortis: imo ꝓpter mortis pœnā tollitur, & tollēda ē: imo finge (vt latius ſuadeam⁹) Romanā eccleſiā eſſe, qualis erat etiā adhuc tpe. B. Gregorij, qn̄ non erat ſup alias eccleſias, ſaltē Græciæ, Clarū eſſet, q̄ Canonicę pœnę non obligabāt Grecos, ſicut nec nunc obligant ſiqui ſunt Chr̄iani, non ſubiecti Papę: vt in Turcia, Tartaria, Liuonia. Illis ergo nulla iſtaꝝ indulgentiaꝝ eſt neceſſaria, ſed tm̄ in orbe Romanę Eccl'ię conſtitutis. Si ergo iſtos viuos nō obligāt, multo minus mortuos, qui ſub nulla eccl'ia ſunt.

CON: XXIII.

Si remiſſio vlla oīm oīnō pœnaꝝ/ pōt alicui dari/ certū eſt: eam non niſi pfectiſſimis .i. pauciſſimis dari.

¶ Hanc de pœnis oīm generū intelligo & ſic aſſero, Nā q̄ remiſſio pn̄ialis ſatiſfactionis poſſit vnicuiq̄ dari, non eſt dubiū vt ſatis eſt dictū, Immo hanc concluſionem corrigo & dico, Q̄ prorſus nullis, ſiue pfectiſſimis ſiue imperfectis, pōt dari oīm pœnarū remiſſio, Quod ꝓbo: Nā licet pfectiſſimis deus non inferat flagella ſeu. iiij. genus pœnaꝝ, ſaltē omib⁹ & ſemper, tn̄ tercia manet, ſcz Euangelica: immo & quarta, puta mors, & quę mortis & ad mortē ſunt pœnę, Licet em̄ poſſet deus om̄es perficere in gr̄a: forte ſine pœnis, non tamen ſtatuit ſic facere, ſed ad imaginē filij ſui (.i. crucem) om̄s conformare, Et quid opus ē multis? Q̄tūcunq̄ magnifice extollatur pœnarū remiſſio. Quid quęſo efficitur apud eū: qui mortē & timorem mortis atq̄ iudicij ante oculos habet? Huic ſi oīs alia remiſſio p̄dicetur, ſi hæc non remitti concedit, neſcio ſi conſolationis aliquid reportet, Igitur horrorē mortis & inferni attende: & remiſſiones pęnarū, velis, nolis, nihil curabis, ac ſic non noſtro ſtudio, ſed rei neceſſitate vilificabunt indulgētię, quæ timorē mortis non tollunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN